DE OFFICIO PII, ET CHRISTIANÆ PACIS VERE AMANTIS VIRI, EXVRGENTE, AVT VIGENTE HAERESI:

Cum refutatione ſententiæ cuiuſdam falsò hoc ipſum docere promittentis:

AVTHORE IOANNE HESSELS A LOVANIO, *ſacræ Theologiæ in Academia Louanienſi profeſſore Regio.*

ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini.

M. D. LXVI.

CVM PRIVILEGIO.

De la Arberia

Coll. Soc. Iesv Salm. ex dono Regum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

MATTH. 18.

Si eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.

2. TIMOTH. 2.

Prophana & vaniloquia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit.

ATHANASIVS IN SYMBOLO.

Niſi quis Catholicam fidem, integram inuiolatamque ſeruauerit, abſque dubio in æternum peribit.

HIERONYMVS IN EPISTOLA AD CTESIPHONTEM.

Semper habui ſtudio, audientibus loqui, quod publicè in Eccleſia didiceram.

D. CAROLO PHILIPPO DE CROY, DOMINO DE HAVRECH, GENEROSISSIMO AC NOBILISSIMO ADOLESCENTI.

GRatias ago Domino Ieſu Chriſto, nobiliſsime domine, cùm ex quotidiana tua in noſtra Academia cõuerſatione perſpicio, veræ pietatis myſteriis à teneris te rectè imbutũ: confidẽs quòd is qui cœpit in te opus Philip. 1. *bonum, perficiet vſq; in diẽ Chriſti Ieſu. iuxta illud Salomonis: Pro-* Prouerb. 32. *uerbium eſt, Adoleſcẽs iuxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit non recedet ab ea. & illud Ieremiæ: Bonum* Thren. 3.

DE OFFICIO PII VIRI.

SCRIPTOR quidam, ſuppreſſo nomine ſuo & impreſſoris ac loci, librum inſcriptum *De officio pij ac publicæ tranquillitatis verè amantis viri in hoc religionis diſſidio*, nuper emiſit: Qui titulus certè multùm blandus eſt, ſicut & pacis nomē. Sed nobis obſeruáda eſt euangelica ſententia, diſcernēs pacem Chriſti à pace mundi: Pacē (ait Chriſtus) relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Quam mūdi pacē, quæ in cōcordia cū peccato conſiſtit, Chriſtus non confirmatū, ſed euerſum venit. Sicut ipſe teſtatur: Nolite (inquit) arbitrari, quia pacē venerim mittere in terram. Nō veni pacem mittere,

CAPUT I.

Ioan. 14.

Matth. 10.

ſed

SVMMA PRIVILEGIORVM.

PHILIPPVS D. G. REX CATHOLICVS priuata lege ſanxit, ne quis hunc librum cui titulus: *De officio pij, & Chriſtianæ pacis verè amantis viri, exurgente, aut vigente hæreſi*: in omnibus ſuis ditionibus imprimere, vel alibi impreſſum diſtrahere, citra Chriſtophori Plantini conſenſum, ante ſexennium proximum audeat. Qui ſecus faxit, pœna; præter confiſcationem librorum; in litteris pleniorib. à ſua Maieſtate eidem Plantino datis & conceſſis, expreſſa multabitur. Datum Bruxellæ in Priuato Concilio XVI. Nouemb. M. D. LXVI.

Signat.

Meſdach.

Et in Conſilio Brabantiæ XX. eiuſdem menſis Nouembris.

De VVitte.

ORATIO, QVA ECCLESIAE CAVSA DEFENDITVR CIRCA DIVINORVM OFFICIORVM IN LINGVA LATINA CELEBRATIONEM:

Auctore Ioanne Heſſels, Louanij regio S. Theolog. profeſſore.

DVM hæretici clariſſimam Eccleſiæ catholicæ lucem, quam nequeunt extinguere, nituntur ab oculis ſimpliciorum abſcondere, nihil intactum relinquunt: ſed etiam ex minutiſſimis quiſquilijs denſum puluerem vnde oculos faſcinent, ſuſcitare ſe poſſe confidunt: vſqueadeo vt etiã ex idiomate Latino, quo Romana Eccleſia iam ab annis pluſquam mille vſa eſt in ſacrificio & publicis Dei precationibus & laudibus apud Germanos, Gallos, Hiſpanos, & alias nationes, conuincere nitantur, in eadem Eccleſia, graſſari effreni licentia Satanam, imò impunè ludere: & ipſos Catholicos Deũ ex profeſſo contem-

K nere